

omnium uitiorum aperte & nimis pronuntiauit apostolus dicens: uino in quo est
luxoria: ut ostenderet ebrietate: ueluti primogenitam filiam generari luxo-
riam; tum praeterea & fluatorum & regis auctoritate sacerdotibus simul & po-
pulis legis aeterna constituens: Adtendite inquit ne forte grauentur corda uestra
in ebrietate & crapula: & in sollicitudinibus saeculi: & ueniat super uos subitaneus in-
teritus. Audistis edictum regis aeterni & lamentabile finem ebrietatis: uel crapulae
didicistis: Si quis uobis peritus & sapiens medicus his ipsis uerbis preciperet & diceret:
Adtendite uobis ne quis uerbigata de illius uel illius herba succo auidius sumat:
quod si fecerit subitaneus ueniet interitus: non dubito quod unusquisque: propria salute
intuitu praemonentis medici praeccepta seruet: nunc uero animarum & corporum
medicus: simulque dominus iubet: ebrietatis herba & crapulae uitandam. Similiter &
sollicitudinem saecularium uelut mortiferos succos cauendos: & nescio si quis
nunc non in his consumitur: ut me dixero: fauciatus est ergo ebrietas ui-
ni: perniciosa in omnibus: sola namque est quae simul cum corpore & animam
debilem reddat: In cetis enim potest fieri: ut secunda apostolum: cum infirma-
tur corpus: tunc magis potens sit spiritus: & ubi his quidem foris est homo corrup-
titur: ille qui intus est: renouetur. In ebrietatis egritudine corpus simul
& anima corrumpitur: spiritus pariter cum carne uitatur: Omnia membra debi-
lia: pes: manus: lingua resoluta: oculos tenebrae mentem uelat obliuio: ita
ut hominem senesciat esse: nec sentiat: habet ergo istud primum de decoris
corporalis ebrietas: iam uero si discutiamus quod modis mens inebriatur
humana: Inuenimus ebrios esse a meos qui sibi sobrii uidentur: haec uindicta
inebriat animam: furor uero eam plus quam ebriam facit: si quid tamen esse
ebrietate amplius potest: cupiditas & auaritia non solum ebrium sed & tra-
bidum hominem reddunt: & obcene concupiscentiae inebriant eam: sed
animam: sicut e contrario sanctae concupiscentiae inebriant ebrietate: scilla
qua dicebat: quidam sanctorum & poculum uitium inebrians quam preclarum est:
Sed postmodum de ebrietatis diuersitate uidebimus: nunc inter imunde: quan-
tasunt qui inebriant animam: & formido inebriat eam: & uana suspicio:
Inuidia autem & luor supra omnem ebrietatem macerant eam: Sed nunc